

87 Disp.III.Part.II. de vnione int. mat: & form. 88

Citantur
authores.

Suppositum diuinum intercesserit aliquis modus vnionis connectens humanitatem Verbo? de hoc enim ex profeso agit Aluares de incarnatione diff. 13. & alij Thomistæ circa articulum 7. aut 10. citata questionis, Lombardista vero in 3. sententiarum distinctione prima: ut Scotistæ. Item de Bacone, de Rada, & alij, Aureolus vero in 4. sententiarum distinctione 43. art. 2. Vbi inquit an Anima humana in resurrectione poterit se vniire corpori organizato propria virtute?

Referuntur
opiniones
variae.

Tres quod præsens discrepantes reperio opiniones. Prima est, & communis ponens aliquem modum absolutum connectentem materiam cum forma: Secunda est Scotistarum assertorum materiam & formam vniiri per relationem, ita vt vno sit relatio inter partes vniatis: hoc docet Scotus in 1. distinctione 3. questione 4. imo & Durandus in 3. distinctione 5. questione 2. Qui & eodem modo loquuntur de vniione humanitatis cum Verbo; At de Bacone, Aureolus, & Aluares nihil omnino volunt aduenire de nouo inter materiam & formam, dum vniuntur inter se.

Nos autem sic procedemus: In prima refutatione ostendemus pro tertia opinione contra primam superuacaneum esse illum modum absolutum, quem vniōem vocant superuenientem materiam & formam, dum vniuntur: In secunda tamen in favore Scotistarum necessariò aduenire relationem quandam determinabimus.

Aduerte autem quod siue intercedat aliiquid tertium inter materiam, & formam, siue non, hoc tamen non faciat ad subsequentem difficultatem de distinctione totius à partibus etiam vniis, nam esto intercedat vnius, aut non, & que bene reuocabitur in controvèrsiam. An totum distinguitur à partibus vniis vel non? de opinione Diui Thome nihil videtur certi, quandoquidem aliqui Thomistæ, vt Aluares, eum in suam trahunt sententiam, at Collegium Complutense, & alij in suam, quare per resolutiones simpliciter procedemus.

DECISIO.

*Num. 5.
Inter materiam & formam nullus datum modus vniensis ab illis distinctionibus, sed vnius est immaterialis.*

Prob. prim.

Repletio prima: Nullus intercedit modus absolutus vniōis inter materiam & formam distinctus à partibus vniis.

Probatur primo: Quia vniuntur vt actus & potentia, vniuntur seip̄s; sed materia & forma vniuntur vt actus, & potentia, ergo seip̄s; At quia vniuntur seip̄s, non indigena alio, quo vniuntur, materia autem & forma vniuntur seip̄s, ergo nulla vniōne interiecta. Iste discursus colligitur ex Aristotele in *Metaphysicæ*, vbi ait quod materiæ & formæ, & quo vniuntur, vt actus & potentia, vnius vero seip̄s nihil est aliud nisi vnius absque alio, ergo quandoquidem vniuntur seip̄s, nefas est dicere quod vniuntur meo alio superueniente.

Scoio equidem authores contrarie sententias varie ad illam rationem responderem, sed melior est eorum responsio, qui dicunt quod cum ait Aristoteles: ea quia vt actus & potentia vniuntur, illi vniuntur seip̄s, id est non per aliquid accidens: & quia illa vniō materiæ, & forma non est accidentalis, sed vere substantialis, sic saluabatur Aristotelis mens & ratio.

Sed hæc Responsio stare non potest; est enim aperte contra Verba Aristotelis, nam vniō seip̄s, est vnius nullo alio, cuiuscunq; rationis sit siue substantialis siue accidentalis.

Respondet Auerfa quod quārumvis intercedat modus ille vniōis non defnānt tamē materia & forma immēdiatē vniōi, & ideo seip̄s, quia (ait) illa vniō non tollit immēdiationem. Sed videtur esse implicatio in terminis; nam quotiescumque aliqua duo sic vniuntur, vt intercedat aliqua realitas inter vtrumque, beneficio cuius inter se connectuntur, implicat dicere illa vniō immēdiatē, sicut esset contra rationem dicere, duo frusta papyri immēdiatē inter se, & seip̄s vniō, si mediante glutine vniuntur: item si duo lapides mediante femento, est inquam, contra sensum & rationem dicere vniō illos duos lapides seip̄s, ex quo patet quomodo intelligentius sit Aristoteles, dum ait materiam & formam vniō seip̄s, hoc est immēdiatē & nullo alio velut femento adueniente.

Secundo. Que sepe respiciunt ad inuicem essentialiter, vt essentialiter componant aliquod totum, illa non indigent aliquo medio, quo illud totum essentialiter componant; sed materia & forma sic se habent vt communiter fatentur Physici, ergo non indigent aliquo medio, quo vniuntur, maior quoque videtur patere, nam quare duo frusta papyri, aut duo lapides indigent glutine & femento, vt firmiter inter se adhaerent, & totum aliud compontant? non alia certe de causa, nisi quia non sepe respiciunt essentialiter ad constitutendum illud tertium, ergo è contra quandoquidem materia & forma se respiciunt essentialiter, nullo indigebunt tertio, quo vniuntur.

Tertio. Secundum nostram resolutionem evançantur innumeræ difficultates pro vniōne animæ rationalis cum corpore; nam quāram; Vel illa vniō, quā vniuntur anima cum corpore, est substantialis materialis vel substantialis spiritalis: non materialis, quia vinculum materiale non potest vniō rem materiale cum spiritali: non etiam spiritalis, quia dicunt authores illius primæ sententia illam vniōem produci à generanti, generans autem nihil spiritalē producit. Nec dicas esse ibi duplēcē vniōem, ex qua fiat vna; nam ex vniōe spiritali, & vniōe materiali, quomodo potest vna totalis exurgeare? hoc inquam videtur repugnare.

Dicamus ergo melius, & fit quarta Probatio, materiam & formam vniō seip̄s per incisam suis ipsius penetrationem; ita anima rationale vniō corpori, intimè corpus penetrando, ipsūmque substantialiter informando, & actuando, & (vt ita loquar) entificando Physicè. Et hæc certè opinio videtur commodior, pauciorib[us]que intricata difficultatibus, quam contraria. Adde quod per negationem illius vniōis melius distinguetur compositum substantialis ab accidentalis, dicendo quod in composite accidentalis detur vniō connectens partes, & quod partes compositi per accidens non se respiciunt essentialiter, & proinde vt vniuntur inter se, egent aliquo vinculo; at quia partes compositi substantialis, & Physici dicunt ordinem essentialiem ad inuicem, proinde non indigente

Second.

Tertio.

Quarta.